Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XIV.

311. *Sphaerophoron compressum* Ach. v. *candidum* Müll. Arg. Thallus totus utraque facie v. praesertim superiore convexiore candide opaco-albus. — Reliqua plantae sterilis visae ut in forma normali speciei. — Crescit in Novae Hollandiae prov. North Queensland in Bellender Ker Range: Karsten.

312. *Stereocaulon gracillimum* Müll. Arg. Podetia gregaria, circ. 12—15 mm. longa et tantum $^1/_2$ mm. lata, subsimplicia, inferne longo tractu denudata et glabra, ochraceo-pallida, superne praesertim altero latere dense granulosa et abbreviatim pauciramulosa, granula valde minuta, $^1/_7$—$^1/_4$ mm. lata, saepe subconglomerata, depresso-globosa et medio magis infuscato umbilicato-depressa, caeterum undique alba et opaca; cephalodia ignota; apothecia lateralia et paucissima terminalia, $^1/_4$ v. vix $^1/_4$ mm. lata, turbinato-obconica, primum concava et prominenter fusco-marginata, mox plana, immarginata et ibidem undique fusco-atra, extus lateraliter fusco-atra; epithecium nigro-fuscum, hypothecium e fulvo fuscum; sporae in ascis octonae, parvae, bacillares, 28—33 μ longae, tantum $2^1/_2$ v. rarius 3 μ latae, 3-septatae. — Primo intuitu formam valde tenellam et microcarpam affinis *St. denudati* refert. A *St. leptaleo* Nyl. granulis diversum est. — Crescit in Japoniae montibus Hakon prope Miyanoshita: Prof. Dr. Brauns sub n. 11.

313. *Sticta Karstenii* Müll. Arg. Thalli laciniae bis v. ter dichotome divisae, elongato-lineares, 4—5 cm. longae, $2^1/_2$—4 mm. latae, divisiones ultimae obtuse et patule bilobae, omnes supra cinereo-plumbeae et scrobiculato-inaequales, subtus albae v. albidae et gibbosae, undique tomento destitutae, sed basin versus hinc inde breviter rhizinosae; pseudocyphellae albae, rarae et valde exiguae, haud prominentes; apothecia marginalia $1^1/_2$—$1^2/_3$ mm. lata, margo obtusus et crenatus, disco pallidior, discus siccus fuscescenti-carneus, madefactus fusco-ruber; sporae in ascis octonae, fusiformi-ellipsoideae, 2-loculares, fuscae, 26—30 μ longae et 8 μ latae. — Juxta *St. physciosporam* Nyl. et *St. demutabilem* Krplh. haec species bene distincta locanda est. — Habitat in Novae Hollandiae prov. North Queensland in Bellender Ker Range: Karsten n. 2 (ab ill. amic. Ferd. v. Müller communn.).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0507-5

314. *Parmelia Braunsiana* Müll. Arg. Thallus supra subtusque exacte ut in speciminibus parvulis *P. latissimae* f. *sorediata*, at non grosse ad margines sorediosus, sed supra undique sparse et minute albido-sorediellus (ut in *P. microsticta* Müll. Arg.) margine non ciliatus et subtus marginem versus latissime glaber, caeterum hinc inde parce et breviter rhizinosus, circa marginem late albus v. albidus, caeterum niger. Apothecia ignota. — Similis *Parmeliae latissimae* f. *sorediatae* et mixtim eum ea crescens, at thallo supra albo-puncticulatus et subtus margine fere ut in *P. hypotropa* Nyl. albidus. — Locus affinitatis ob sporas ignotas haud rite indicandus, sed species aut juxta *P. latissimam* aut potius juxta *P. hypotropam* ordinanda videtur. — Crescit truncicola prope Tokio in Japonia: Prof. Dr. Brauns n. 2 pr. p.

— — f. *isidiosa*, thallus supra praeter punctula sorediosula minute isidiosus et margine pro parte laceratulus. — Crescit cum praecedente: Dr. Brauns.

315. *Parmelia versicolor* Müll. Arg. Thallus arcte adnatus, laciniato-divisus, medio late ochroleucus v. distincte flavicans, ante marginem albescens et in ipso margine anguste subustulato-fuscescens, laciniae superne subdichotome divisae, parte flavicante convexiusculae, subrugosae aut obsolete scrobiculato-rugosae v. sublaeves, haud reticulatim rugosae nec sorediosae, demum fissurinosae, parte albida brevi planiusculae v. subconcavae et laeviores, apice retusae et margine tumidulo obtuso fuscescente cinctae, subtus pallidae v. pallido-fuscae, secus marginem anguste nudae, caeterum undique rhizinis valde abbreviatis numerosis vestitae. Apothecia ignota. — E descriptionibus Taylorianis ad *P. inaequalem* et *P. polycarpam* ej. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 169 et 173 accedit sed iiscum haud convenit. Coloratio marginis ultimi loborum ad *P. physodem* accedit, sed e pagina inferiore vestita juxta *P. molliusculam* Ach. et praesertim *P. congruentem* Ach. insoronda est. — Crescit ad terram sabulosam in Nova Hollandia australi, unde a cl. O. Richard lectam mecum communicavit ill. Baron F. v. Müller.

316. *Physcia speciosa* Nyl. Syn. p. 416 v. *granulifera* Müll. Arg. Thallus sat amplus, adpressus, anguste laciniatus, laciniae mediocriter albo-ciliatae et cum apotheciis ad margines sorediis globosis parvis granulosis ornatae. — Sporae a specie non recedunt. — Habitat copiose ad saxa prope Apiahy in Brasilia meridionali, sed rarius fertilis: Puiggari n. 1383.

317. *Pannaria coeruleo-nigricans* Müll. Arg. Hypothallus co-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0508-1

piose pannosus, margine longe strigoso-radians, fascicularis, viridi-ater; thallus obscure coeruleo-cinereus, medio late composito-glebulosus, margine breviter radians, laciniae peripherieae cuneato-obovatae, apice crenulatae v. lobulatae, subplanae (superficie fumoso-spilomaticae), intus obscure argillaceae; gonimia olivacea; apothecia sessilia, evoluta 1 mm. lata, prominenter thallino-marginata, margo obtusus, crebre radiatim plicatulus, cum thallo concolor, discus planus, fusco-niger v. coerulescenti-niger; lamina apice intense atro-aeruginosa, caeterum cum hypothecio hyalina; sporae in ascis octonae (simplices et hyalinae), ellipsoideae, utrinque saepe angustatae, 12—20 μ longae, 7—8 μ latae, quae superficie subplicatae videntur. — Species prope *P. pannosam* Nyl. locanda, colore thalli, apotheciorum et epithecii insignita. — Crescit corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1285.

318. *Pannaria imbricatula* Müll. Arg. Hypothallus parce evolutus, strigoso-pannosus, viridi-ater; thallus livido-fuscescens, radiatim brachylobus, lobi ambitu lati, subimbricatim glebuloso-lobulati, undique abbreviati et convexiusculi, peripherici haud lineari-elongati nec adplanati. Apothecia et forma sporarum paullo minorum ut in proxima *P. pannosa*. — Color et structura thalli ut in citata specie, sed hypothallus parum evolutus et forma laciniarum omnino alia. Sporae circ. 14 μ longae et 6 μ latae. — Crescit truncicola in Brasiliae prov. San Paolo, prope Apiahy: Puiggari n. 148 pr. p.

319. *Coccocarpia elegans* Müll. Arg. Thallus gracillimus, coerulescens, laxe caespitosus, laciniae adscendentes, subpalmatipartitae, lacinulae pinnatifido-divisae, vix $^1/_4$ mm. latae, tenello-tenues, planae, subtus albae et longius albo-rhizinosae, lacinulae ultimae arrectae; apothecia evoluta $^3/_5$ mm. lata, laete v. roseo-carnea, plana v. convexiuscula, dorso subretrorsum rigide albo-ciliata; lamina hyalina, asci valde tenues; sporae exiguae, sed evolutae nondum clare observatae. — Species valde elegans, laxe crescens, laciniae eximie divisae. Structura thalli omnino *Coccocarpiae* (gonidia coerulea, subglobosa, depauperato-seriata). Habitus quodam modo satis accedit ad *Leptogium ciliatum* et potius est pannarioideus, sed gonidia ut in *Coccocarpia*. — Crescit muscicola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari (sine no.)

320. *Pyxine ochroleuca* Müll. Arg. Thallus ochroleucus, subimbricatim radiato-laciniatus, centro fertilis, laciniae late linea-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0509-9

res, palmatim v. subpennatim inciso-lobatae v. lacinulatae, convexiusculae, intus albidae, lobuli ultimi abbreviati et planiusculi, hi subtus albidi et rhizinis albidis dense vestiti; apothecia arcte sessilia, $^3/_4$—$^5/_4$ mm. lata, subregularia, crassiuscule thallino-marginata, margo cum thallo concolor et integer, demum livido-nigricans, discus planus et ater, nudus; lamina superne olivaceo-virens, caeterum cum toto hypothecio hyalina; asci late cylindrici, 8-spori; sporae maturae fuscae, biloculares, 19—24 μ longae, 10—12 μ latae. — Thallus prima fronte *Placodium saxicolum* simulat, sed discus apotheciorum niger et sporae omnino aliae. — Crescit corticola ut videtur in Brasiliae meridionalis districtu Apiahy: Puiggari n. 1384 pr. p.

321. *Placodium* (sect. *Acarospora*) *Ferdinandi* Müll. Arg. Squamae thallinae arcte adnatae, circ. 1 mm. latae, orbiculares v. angulosae v. hinc inde sublobatae, in thallum compositum approximatae, hinc inde subimbricatae, convexiusculae, caesio-albidae, nonnihil pulverulentae, vulgo monocarpicae, fertiles medio elato-convexae; gonidia normalia, globosa, 9—12 μ lata; apothecia thallo ipso medio tumido-elato marginata, discus marginem haud superans, paullo concavus, brunneo-fuscus, nudus, evolutus $^1/_2$—$^3/_4$ mm. latus, demum tenuiter fusco-marginatus; lamina hyalina, 85 μ alta, hypothecium hyalinum v. fuscescenti-hyalinum, epithecium olivaceo-fuscescens, paraphyses tenues et cum ascis conglutinatae; asci cylindrico-obovoidei, apice modice pachydermei, polyspori; sporae globoso-ellipsoideae v. subglobosae, 4 μ longae, $3^1/_3$ v. fere 4 μ latae, hyalinae. — Affine hispanico *P. noduloso* Müll. Arg. Lich. vales. p. 185, etiam in calidissimis Valesiae mediae inter Sierre (Siders) et St. Léonard recenter copiose a me lecto. Discus *Lecanoram badiam* simulat at magis concavus est. *Lecanora Schleicheri* v. *dealbata* Nyl. Prodr. p. 81 valde accedit sed tamen diversa videtur. Specimina mea algeriensia manca sunt at speciem a *P. Schleicheri* sine dubio ullo diversam sistunt. — Habitat in Nova Hollandia meridionali prope Eureo in terra sabulosa cum *Urceolaria scruposa*, unde misit clariss. de Flora australiensi meritissimus Baron Ferd. v. Mueller, cui speciem grato animo dicavi.

322. *Psora leucina* Müll. Arg. Thalli plagulae cinereo-albae, primum discretae, orbiculares et subpeltiformes, vix 1 mm. latae, planae, dein crenato-sublobatae v. angulosae magisque convexae et hinc inde imbricatae, crassiusculae; gonidia nor-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0510-0

malia; apothecia $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, solitaria v. nonnulla aggregata et subconfluentia, intramarginalia, indistincte marginata, demum convexa et nuda, obsolete nitidula; lamina tantum 40 μ alta, olivacea, superne obscurior v. nigrescens, hypothecium fulvescenti-hyalinum; sporae in ascis octonae, hyalinae et simplices, exiguae, tantum 4—7 μ longae et 4—$4^1/_2$ μ latae, ambitu subgloboso v. lato v. oblongato-ellipsoideo ludentes, utrinque late rotundato-obtusae. — Habitu quodam modo medium tenet inter *Thalloidima vesiculare* macerum et *Toniniam aromaticam* Auct., sed sporae sunt simplices et valde exiguae. — Habitat ad saxa arenacea alba prope Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1206.

323. *Psora coroniformis α. crenata* Müll. Arg. L. B. n. 245 recenter a cl. Barbey-Boissier prope Chiva in Hispania austro-orientali lecta fuit sed specimina minus evoluta et tantum sterilia sunt. Species dein etiam europaeis adnumeranda est.

324. *Thalloidima confertum* Müll. Arg. Thalli squamulae confertae, olivaceae, demum fuscescentes, plano-convexae, obtuse angulosae; apothecia glomeruloso-conferta, $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, atro-fusca, hemisphaerico-convexa, semper immarginata, opaca, intus infra laminam undique albida; epithecium fuscum, lamina hyalina, hypothecium obscurato-hyalinum, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae hyalinae et 2-loculares, ellipsoideae, utrinque nonnihil acutiusculae, 11—13 μ longae et 5—6 μ latae. — Extus prima fronte vix a *Patellaria melanobotrys* distinguenda est, sed thallus tamen omnino alius, apothecia minus atra et in glomerulis magis distincta, et lamina dein et hypothecium omnino aliter colorata sunt. — Crescit ad terram argillaceam prope Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1216.

325. *Catolechia pyxinoides* Müll. Arg. Thallus arctissime adnatus, radiatim laciniatus, medio late diffracto-areolatus, laciniae ultimae juniores cinereae, radiatim dispositae at breviusculae, nitidulae, reliquae magis centrales olivaceae v. fumoso-olivaceae, omnes planiusculae et laeves, circ. 1 mm. latae, haud imbricatae, contiguae, intus albidae, subtus rhizinosae et vix a substrato solubiles; apothecia arcte adnato-sessilia $^4/_{10}$—$^6/_{10}$ mm. lata, planiuscula, primum tenuiter at subprominenter nigro-marginata, demum immarginata et convexa, semper opaca; lamina subhyalina, epithecium et hypothecium olivaceo-fusca; sporae in ascis octonae, fuscae, biloculares, 14—16 μ longae et 5—6 μ latae. — Juxta *C. radiatam* s. *Buelliam radiatam* Tuck. Calif.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0511-6

p. 25 et *C. africanam* s. *Lecideam africanam* Tuck. Obs. 1860. p. 406 (non *Buelliam africanam* Müll. Arg. L. B. n. 123, quae genuina species *Buelliae*) locanda est. — Crescit ad saxa arenacea rubella prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1237.

326. *Catolechia tenuis* Müll. Arg. Thallus arctissime adnatus, radiatim laciniatus, medio late diffracto-areolatus, laciniae ultimae juniores aeneo-cinereae, mox cinereo-fuscae v. fusco-cinereae, longiusculae et valde angustae, vix $^1/_4$ mm. latae, convexiusculae et laeves, nitidulae, intus albidae, areolae centrales exiguae et opacae; apothecia arcte adnato-sessilia, vix $^1/_4$ mm. lata, primum plana et prominenter subnigro-marginata, dein immarginata et convexa et opaca, subfusco-nigra; lamina fuscescenti-hyalina, epithecium fuscum, hypothecium hyalino-fuscum; sporae in ascis octonae, fuscae, biloculares, parvae, 8—10 μ tantum longae, 4 — 5 μ latae, medio modice constrictae utrinque obtusae. — Thalli areolae centrales ut in *Buellia stellulata*, sed aliter colorata, thallus autem marginem versus pulchre radiatim effigurato-laciniatus est. — Ab affini *C. pyxinoide* differt colore multo obscuriore et laciniis multo angustioribus thalli, minutie apotheciorum et sporarum et colore hypothecii. — Crescit ad saxa arenacea rubella prope Faxina in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1200, 1211.

327. *Lecanora granulosa* Müll. Arg. Thallus cinereo-flavus et crebre granulosus, granula nonnihil gibboso-irregularia; apothecia circ. $1^1/_4$—$1^1/_2$ mm. lata; juniora minora regularia, evoluta plicato-angulosa, semper prominenter flavido-marginata, intus inferne albida, margo praeter plicas integer, discus planus, pallide fusco-rubescens, nudus; lamina tota hyalina; sporae octonae (simplices et hyalinae), 12—14 μ longae et 6—7 μ latae. — Thallus ut in *Lecanora sorediifera* Fée, sed apothecia et hypothecium omnino aliter colorata. — Prope *L. flavidulam* inserenda est. — Habitat corticola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 1084 pr. p. et 1380.

328. *Lecanora flavidula* Müll. Arg. Thallus ex albido flavicans, tenuis, continuus et laevis v. saepius minute granulosus v. granuloso-rugulosus, subpulverulentus, demum rimoso-diffractus; gonidia globosa; apothecia 1—$1^3/_5$ mm. lata, sessilia, tenuia, plana, margine flavicante tenui leviter prominente et tenuiter crenulato cincta, discus pallide subflavescenti-carneus v. nonnihil lividus, nudus; epithecium olivaceo-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0512-2

flavicans, lamina caeterum cum hypothecio hyalina, asci 8-spori; sporae (simplices et hyalinae) 17—18 μ longae, 8—10 μ latae, ovoideae. — Quodammodo formam macrocarpam *Lecanorae subfuscae* v. *chlaronae* simulat, sed thallus flavicans et apothecia multo majora et tenuius marginata. Inter hanc et *Lecanoram subflavam* Tuck. locanda est. — Crescit corticola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari (sine no.)

329. *Lecanora subfusca* Ach. var. *subpulveracea* Müll. Arg. Thallus subflavicanti-albidus, tenuis, subpulveraceo-granulosus v. obsolete isidiosulus; apothecia parva, margo rugosus crassus et subpulveraceus, discus obscure fuscus. — Reliqua cum specie conveniunt. — Corticola crescit prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1295.

330. *Lecaniae* sect. *Maronea* Müll. Arg. — Genus *Maronea* Mass. in Flora 1856; Körb. Parerg. p 90. — Sporae in ascis numerosae, biloculares (non simplices quales pro *Maronea* ab auctoribus describuntur).

Lecania apiahica Müll. Arg. Tota planta extus fere perfecte *Lecaniam bericam* s. *Maroneam bericam* Mass. (Mass. exs. n. 346, quam etiam e silvis vogesiacis a b. Mougeot lectam omnino convenientem habeo) refert, sed thallus est leviter viridior et asci demum omnino alii, sc. late ventricoso-obovoidei, 40 μ longi et 20 μ lati (in planta europaea citata autem anguste subcylindrici, 7—9-plo longiores quam lati). Reliqua cum laudata specie conveniunt. Apothecia $^1/_2$—$^3/_5$ mm. lata, sessilia, margo connivens et integer, extus incano-albidus, discus obscure livido-fuscus. Sporae $3^1/_2$—5 μ longae, duplo longiores quam latae, utrinque rotundato-obtusae, medio plus minusve distincte subconstrictae. — Crescit corticola in Brasilia meridionali in vicinitate Lichenum feracissima et nunc oculatissime explorata urbis Apiahy: Puiggari n. 1227.

(Fortsetzung folgt.)

Literatur.

J. Wiesner, das Bewegungsvermögen der Pflanzen. Eine kritische Studie über das gleichnamige Werk von Ch. Darwin. Nebst neuen Untersuchungen. Wien, 1881, bei Alfred Hölder. 212 S. u. 3 Holzschnitte.

Die ungewöhnlichen Anschauungen und frappanten Thatsachen, welche den Inhalt des bekannten Darwin'schen Werkes

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0513-8

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1881

Band/Volume: 64

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 505-511